

1522 Sommersemester. 226. Decan Iohannes Nicolai Reibegerst von Wiehe.

N 41'. * Decanatus¹⁾ magistri Ioannis Nicolai ex Wyhe medici. * Anno domini Apr. 19.
C 120.

millesimo quingentesimo vigesimo secundo Sabbato ante divi Georgii ferias, que fuit decima nona Aprilis, Ioannes Nicolaus Reibegerstius ex Wyhe, arcium et philosophie magister et medicus de natione Misnensium, electus est in decanum facultatis arcium rite et concordi magistrorum electorum consensu et suffragio, sub cuius decanatu electi fuere officiales et clavigeri magistri subscripti:

N 42'. Clavigeri mgr. { Laurencius Apel ex Konigshoffen Bavarus
Magnus Hundt Virginipolitanus Sasso.

C 120'. Executores et visitatores { Arnoldus Wustefelt Lindavianus Saxo
dominus mgr. { Laurencius Apel ex Konigshoffen Bavarus
Caspas Deyschel ex Luben Polonus.

Anno, quo supra, vigesima quarta Aprilis die in electione officialium assumptus fuit Apr. 24.
ad consilium facultatis arcium mgr. Iohannes Groc Eckelshemius servatis statutis desuper editis ac principis reformatione. Qui pro solatio magistrorum solvit quatuor flor. Ren., viginti tres gr. pro flor. numerando.

* Anno, quo supra, vicesimo quarto die Aprilis coacto consilio tocus facultatis hoc Apr. 24.
exemplo: „Reverende domine magister, aditis hora undecima in vaporario maximo collegii facultatis artium ad eligendum clavigeros sub pena carencie acturegencie, preterea ad audendum petitionem domini magistri Iohannis Gro Eckelshemii et ad tractandum quedam alia sub pena non contradicendi — Detur omnibus dominis magistris de consilio facultatis artium tantum“ conclusum est, ut clavigeri essent ex ordine, sicut et statutum edocet, et fuerunt, ut supra.

Preterea decretum est, ut peticio domini magistri Iohannis Eckelbheim audiretur, qui in concione omnium magistrorum peccit assumi in locum domini magistri Ioannis Rotenburgensis felicitis memorie. Audita eius petitione assumptus est prefatus magister concordi et unanimi consensu omnium magistrorum de consilio facultatis servatis statutis, scilicet quod numeraret quatuor flor. octo gr. pro dominorum magistrorum solatio, quod magna cum liberalitate prestitit²⁾. Ubi et maior pars magistrorum statuit, ut domini magistri de consilio facultatis essent olin, oblata rursus occasione, benevolentie et paciencie domini magistri Iohannis Reuschii memores, qui, etsi etiam complevisset, tamen prefato magistro resseperat [?]³⁾.

Item decrevit facultas, ut puncta, que mgr. Gregorius conceperat pro quibusdam statutis, quoad aliquot clausulas abrogandas, mancant approbata.

¹⁾ In C Ueberschrift des Decanats in grüner Schrift. Die Rückseite von Bl. 41 in N nimmt ein großes Bild ein. Dargestellt ist ein Studierzimmer. Links zwei Fenster. Unter ihnen steht: Lucas, cuius laus est in evangelio per omnes ecclesias. An der hinteren Wand liest man Lucas medicus Antiochensis. Im Vordergrund sitzt an einem Schreibpulte Lucas und schreibt in ein Buch: Salutat vos Lucas, medicus charissimus. Ihm zu Füßen ruht der Stier. Auf Blatt 42 in N hübsche Initiale A in verschieden abgetöntem, weißumrändertem, hellvioletttem Blattwerk auf senkrecht grün und gelb gestreiftem Grunde. Die Füllung des Buchstabens gold, mit mattgoldenen Arabesken durchzogen. ²⁾ Dazu am Rande 4 flor. 8 gr. assumptus ad facultatem. ³⁾ Undeutlich durch Correctur, resserat?